



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Limitatio. 47.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

390 DE POTESTAT. SECUL.

& Sicut allegata , facit cap. ubi majus periculum de elec. lib. 6. ubi in creatione summi Pontificis domini temporales habent potestatem in debentes eligere , ut includantur in conclave , fortius ergo habent potestatem , ubi Ecclesia ex cupiditate per plures laceratur , nec per Ecclesiam potest remedium competens adhiberi , fa. no. per Ioan. An. in cap. 1. de renun. lib. 6. in no.

Limitatio. 47.

47. Laicus , Princeps secularis per legem suam potest limitare seu interpretari jus divinum : unde licet lex divina dicat. *Non occides* : lex tamen civilis in multis casibus permittit fieri *fieri* homicidium : ut *ff. & C. ad I. Corne. de sica.* Etiam in *lege. divina* sufficiunt duo vel tres testes : ut *in ca. in omni. de testi.* Sunt tamen plures casus , in quibus lex statuit plures haberi testes : ut in *testamentis I. hac consultissima. C. de testa. & in casu 2. q. 4. cap. presul, cum simil.* Istam conclusionem tenent Antho. Sicul. & Imo, *in cap. quæ in Ecclesiarum de const. & Bar. in I. consti. ff. 5. col. ver.* Item quæro. & gloss. in *fi. in I. fi. ff. de constit. in prim. Bald. in auth. ad hæc C. de usur. & in I. 2. ad finem C. de præci. Imperia. offe.*

Et secundum quod tales leges etiam valent in foro conscientiæ. Et quod dictum est in Principe, idem in populo habente jura imperii sicut quam plures civitates Italæ : quæ possunt in terris suis , ea quæ princeps , ut no. Bar. *in I. infamem. ff. de pu. judi. & in I. hostes. ff. de capti. per doct. in cap. per venerabilem qui si. sint legi.*

Præ-

Prædicta vero debent intelligi, dummodo Princeps statuat in materia, quæ per ipsum jus divinum reperitur, aliquando limitata: sicut in supradicto præcepto. *Non occides*, Nam ex quo semel limitatum fuit; ex causa fit limitabile: se-
cūs si non fuisset unquam limitabile: secus si non fuisset unquam limitatum, ut si statueret, quod licet contraheretur matrimonium cum matre: pro quo *Bal. in l. 2. C. si contra jus vel uti. pu.* ubi ait, quod virtute statuti permittentis occidere bannitum non est licitum adulterari cum muliere bannita, cum adulterium de jure divino nunquam fuerit permisum.

Intelligi debet etiam prædicta conclusio, dummodo Princeps interpretetur jus divinum in his, in quibus habet jurisdictionem, scilicet in rebus prophanicis. Nam in spiritualibus interpretatio pertinet ad Papam: ut tenet *Sicul. in alle. cap. qui in Ecclesiarum & cap. per venerabilem*, ad quod fa. no. per *Frede. de Se. const. 96. Anton. & Sicul. in cap. 1. de sponsa. Bald. in l. & si contra. ad fi. C. de secun. nup. gloss. in cap. 1. 33. qu. 3. per Arch. & Domi. in §. his colligitur 2. qu. 3. per doct. in cap. si. de nuptiis.* In quibus dicitur, quod Imperator non potuit disponere super matrimonio etiam ex causa rationabili, ut non sit matrimonium, ubi est de jure divino, & propterea non procedit *tin. C. de interdict. matri. interpupi. & C. si rector. provinciae. & C. de secun. nuptiis cum similibus*, quia non pertinet ad Imperatorem de talibus disponere..

Et idem dicendum de juramento, de quo

D d

per

392 DIE POTESTAT. SECUL.

per Imol. in cap. cum contingat. de jure jur. propter defectum potestatis etiam si summa ratione justificantur, non valent ordinationes secularis potestatis, ad quod not. per Io. And. in cap. statutum de haere. lib. 6. Et per doct. in alleg. cap. 1. de sponsa.

Præterea in casibus, in quibus Princeps potest statuere contra jus divinum, debet exprimi causa rationabilis, quamvis alias in principe causa præsumatur: quia non debet inferior violare legem superioris sine aperta causa secundum Sicul. in alleg. cap. qui in Ecclesia. mit. per Innoc. in cap. quanto. de consuetu. Bald. in l. 2. C. de jure annulo aureo.

Limitatio. 47

CH. 47. Laico etiam Imperatori subiçere se potest Papa secundum glo. in cap, in synodo 63 distinct. ad idem gloss, incap. nemo. 9. q. 2. Hugu. Ioan. de Fan. Et Gemi. in cap. nos Et si incompetenter. 2. qu. 7. idem glo. in ver. servus in procem. 6. Et ibi Gemi. colligit, quod Papa possit justè prorogare jurisdictionem judicis secularis, quod dicit fieri potius ex humilitate, quam ex debito, & idem in Archi. in cap. si quis super his 7. qu. 2. ubi dicit quod Gregorius submittendose judicio alterius ex humilitate loquitur. Et istud quidam dicunt procedere de plenitudine potestatis Papæ. Sed quod de jure non possit se subiçere tenetur communiter ad octo præsertim per Io. An. Ant. Sicul. & Imola. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. Anton. Sicul. Et Imola. in cap. significasti. de foro competen.

Li